S T E P H A N V S

Dei gratia REX Poloniæ magnus Dux Lituaniæ Ruſſiæ Pruſſiæ Maſouiæ Samogitiæ Liuoniæ etc. Princeps Tranſyluaniæ. QVod poſteaquam priori decreto noſtro ex appelatione à ſententia officii Conſular.
Craccouien. interpoſita, inter Famatos Seniores totius Contubernii Pannicidarum Cracou. actores ab una, et mercatores, Ciuesq. Craccouien. in teſtudinibus pannos ulnatim vendentes, conuentos ab altera partium, occaſione
diuenditionis et ulnatim inciſionis variorum pannorum, per domos et teſtudines, extra pannicidia publica lato, mercatoribus eiuſmodi extraneis et aliis qui impoſſeſſionati eſſent diuenditionem pannorum præfatorum omnino
prohibuiſſemus. depoſſeſſionatis vero offitiis Illrium et magnificorum Andreæ Comitis in Tenczyn Palatini Craccouien. et Joannis Zamoiſki Regni noſtri Supremi Cancellarii, Exercituumq. Præfecti, atq. Craccouienſis
gnalis Capitanei etc. commiſiſſemus. Vt ii ex æquo et bono negocium hoc inter partes præfatas componant, valoremq. et numerum pannicidiorum examinent. Quæ quidem compoſitio quamuis poſt illud decretum aliquoties
inter partes ſupranominatas tentata fuerit, ad effectum tamen deduci propter rei difficultatem non potuit. In hodierno itaq. judicii Relationum noſtrarum propriarum termino. poſteaquam partes præfatæ ad audien
dam ſententiam noſtram diffinitiuam. ad nos rediiſſent, controuerſiasq. et allegationes ſuas Actores per Famatum Joachimum Ocepielowski confratrem ſuum Citati vero per ſe repeterent. NOS cum Conſiliariis late
ri noſtro aſſidentibus, animaduerſo cauſæ ſtatu, eoq. conſiderato. quod pars Actorea deſertationem pannicidiorum. maxime allegat, ne vest per diuenditionem in teſtudinibus pannicidia publica et priuilegiata deſertarentur
Ideo decernendum duximus, quemadmodum præſentibus decernimus liberum eſſe debere, mercatoribus Ciuibus Craccouien. in Ciuitate Craccouien. poſſeſſional. in domibus et teſtudinibus ſuis. pannos precioſiores Italicos, et alios
omnis generis ubicunq. in Italia tantum elaboratos. Vlnatim diuendere, quotquot autem pannicidia publica deſerta ſunt. Vel quæcunq. poſtea deſerta eſſe contigerit. ab iis Cenſum tam nobis ex iiſdem pannicidiis debitum
quam etiam domino cuiuſuis deſerti pannicidii, talem qualis ex aliis pannicidiis ſolui conſueuit, memorati mercatores in domibus ſuis, pannos ulnatim incidentes ſoluere tenebuntur. et erunt adſtricti. Poſteaquam autem cenſu
eiuſmodi ſoluerint extunc liberum illis erit. pannos non modo Italicos, ſed etiam alios quoſuis omnis generis, tam precioſiores quam viliores, quales in aliis pannicidiis vendi ſolent ibidem in loco conſueto et pannicidio diuende
re, decreti noſtri præſentis vigore. In cuius rei fidem et teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Craccouiæ feria quinta in craſtino feſti Exaltationis Sanctæ Crucis Anno Domini Milleſimo

jest! z Kopii w Acta Cons.
Crac.

STEPHANVS

Dei gratia REX Poloniæ magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæ etc. Princeps Transyluaniæ QVod posteaquam priori decreto nostro ex appelatione à sententia officii Consular.
Craccouien. interposita, inter Famatos Seniores totius Contubernii Pannicidarum Cracov. actores ab una, et mercatores Ciuesq. Craccouien. in testudinibus pannos vlnatim vendentes, conuentos ab altera partium, occasione
diuenditionis et vlnatim incisionis variorum pannorum, per domos et testudines, extra pannicidia publica lato, mercatoribus eiusmodi extraneis et aliis qui impossessionati essent diuenditionem pannorum præfatorum omnino
prohibuissemus, depossessionatis vero offitiis Illrium et magnificorum Andreæ Comitis in Tenczyn Palatini Craccouien. et Joannis Zamoiski Regni nostri Supremi Cancellarii, Exercituumq. Præfecti, atq. Craccouiensis
gnalis Capitanei etc. commisissemus. Vt ii ex æquo et bono negocium hoc inter partes præfatas componant, valoremq. et numerum pannicidiorum examinent. Quæ quidem compositio quamuis post illud decretum aliquoties
inter partes supranominatas tentata fuerit, ad effectum tamen deduci propter rei difficultatem non potuit. In hodierno itaq. judicii Relationum nostrarum propriarum termino, posteaquam partes præfatæ ad audien
dam sententiam nostram diffinitiuam ad nos rediissent, controuersiasq. et allegationes suas, Actores per Famatum Joachimum Cbepielowski confratrem suum Citati vero per se repeterent. NOS cum Consiliariis late:
ri nostro assidentibus, animaduerso causæ statu, eoq. considerato, quod pars Actorea desertationem pannicidiorum maximè allegat, ne vest per diuenditionem in testudinibus pannicidia publica et priuilegiata desertarentur
Ideo decernendum duximus, quemadmodum præsentibus decernimus liberum esse debere, mercatoribus Ciuibus Craccouien. in Ciuitate Craccouien. possessionat. in domibus et testudinibus suis, pannos preciosiores Italicos, et alios
omnis generis vbicunq. in Italia tantum elaboratos. vlnatim diuendere, quotquot autem pannicidia publica deserta sunt. vel quæcunq. postea deserta esse contigerit. ab iis Censum tam nobis ex iisdem pannicidiis debitum,
quam etiam domino cuiusuis deserti pannicidii, talem qualis ex aliis pannicidiis solui consueuit, memorati mercatores in domibus suis, pannos vlnatim incidentes soluere tenebuntur. et erunt adstricti. Posteaquam autem censu
eiusmodi soluerint, extunc liberum illis erit. pannos nonmodo Italicos, sed etiam alios quosuis omnis generis, tam preciosiores quam viliores, quales in aliis pannicidiis vendi solent ibidem in loco consueto et pannicidio diuende:
re, decreti nostri præsentis vigore. In cuius rei fidem et testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Craccouiæ feria quinta in crastino festi Exaltationis Sanctæ Crucis Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Octuagesimo Octuagesimo. TERcio Regni vero nostri anno Octauo

Ioan. Zamoiski R. V.
Canc.

Relatio
Illris et Magci Joannis de Zamoscie Rgi Supremi Cancrii
Gnalis Exercituum Regni, Craccouien., Margeburgensis, Kny
Szynen., Miedzirzeciensis, Krzessowien. etc. Capitanei.

Paulus Szczerbius
Secr. S. R. M. Notr.

302

[illegible] [illegible] [illegible]
inter Dominicanos et [illegible]
de Anno 1.5.8.7 [illegible]
[illegible] S. Crucis

V.

N.o 26 1583